

## Band XI., Nr. 5096, Seite 115

*Bischof Mangold von Würzburg vereinigt die Jahrtage der Weihe der Johanniterkirche in Hall und ihrer drei Altäre auf den Sonntag nach Trinitatis und setzt die Kirchweihe von Gottwollshausen auf den dritten Sonntag nach Pfingsten fest.*

Würzburg, 1298. Januar 24.

Manegoldus dei gratia episcopus Herbipolensis inspectoribus presentium recognoscimus publice universis, quod nos ad petitionem religiosorum virorum . . . commendatoris et fratrum hospitalis domus in Hallis nostre dyocesis anniversaria dedicationum ecclesie sue in Hallis et trium altarium in ea existentium, que hucusque divisim non sine difficultate modica dictorum fratrum celebrabantur, cum omnibus indulgentiis suis counimus et in octavam sancte trinitatis in hiis scriptis transferimus statuentes annis singulis illas in ipsa octava simul inantea celebrandas, omnibusque Christiani nominis professoribus vere penitentibus et confessis, qui ad dictas dedicationes sic counitas confluerint annuatim propitiationis veniam petituri, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli nec non pretiosorum martirum Kyliani sociorumque eius meritis et auctoritate confisi XL dierum criminalium et *annum* venialium addentes indulgentias et misericorditer in domino relaxantes, quas siquidem indulgentias ob reverentiam dictarum dedicationum per octo dies continuos annuatim volumus perdurare. Preterea ad eorundem fratrum suplicationem anniversaria dedicationum parrochialis ecclesie in Gotboltshusen nostre dyocesis et unius altaris in illa existentis similiter cum suis indulgentiis counimus et in tertium diem dominicum post festum pentecostes transferimus in illa die singulis annis inantea celebrandas. In quorum premissorum testimonium hoc scriptum nostro sigillo fecimus roborari. <br> <br> Datum Herbipoli, anno domini MCC nonagesimo VIII., in die beati Thymothei apostoli, pontificatus nostri anno X.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.<br> An roten und blauen Leinenfäden das zerbrochene, spitzovale Siegel des Bischofs Mangold von Würzburg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 3976 (WUB, Bd. IX, S. 358).

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 352 U 58

**Regesten:**

Zeitschrift Württembergisch-Franken, Bd. 9, S. 80.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Würzburg

**Aussteller:**

Mangold; Bischof von Würzburg

**Ortsindex:**

Gottwollshausen Wohnplatz (3333) <br> Gottwollshausen, Schwäbisch  
Hall, SHA <br> Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361) <br> Schwäbisch  
Hall, SHA <br> Würzburg, WÜ